



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.l.], 1579**

**VD16 V 541**

De Matrimonio Contractio contra interdictum Ecclesiæ. Titulus XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

c. laudabilem, ext. eod. exemplo huius, qui cum minore cōtraxit. Nam licet, sit obligatus ad expectandum, c. de illis, ext. de sponsa. tamen si cū alia contrahat subsistit matrimonium, tenetur tamen primæ sponsæ ratione celebrati contractus sponsaliorum, alimenta & alia necessaria præstare, Abb. in c. consultationi, ext. eo. & c. laudabilem, ext. de diuor.

## DE MATRIMONIO CONTRA- cto contra interdictum Ecclesiæ.

### Titulus XVI.

**Q**uicquid contra interdictum & ordinem Ecclesiæ factum est, ratum non haberi, tã diuinæ, quã humanæ legis proclamatur auctoritas, vt dicitur c. videtur, 35. q. 2. Igitur illi, qui ratione consanguinitatis coniūgi prohibentur, si post eã contra interdictum Ecclesiæ cōtraxerint, tam diũ in pœnam contemptæ prohibitionis excommunicationi subiiciendi & separandi sunt, quousq; consanguinitatis cōtrouersia dirimatur. Et, an matrimoniũ iure subsistere possit, legitimè cognoscatur, de muliere, ext. eo. Et hoc quidem verum, si iusta & legitima sit prohibitionis causa. Nam si nulla causa subsit, nulla etiã prohibitionis habetur ratio, c. cū dilecti, ext. de accus. Vel si causa subsit, nō tamen adeo iusta, vt dirimendo actui subsequuto sufficere debeat. Vnde, si ratione sponsaliorũ de futuro cōtracto- rum lis moueatur: etsi contra interdictum Ecclesiæ, appellatione pendente, sequatur matrimonium de presenti contractũ, ipsũ tamẽ ob interdictum Ecclesiæ, rescindi non debet, licet contemptori

in po.

in pœnam contempti mandati Ecclesiæ condigna pœnitentia sit imponenda, c. ex literis, extr. eod. Et hoc est, quod Specu. hoc tit. num. 1. dicit, interdictum Ecclesiæ non esse tantæ efficaciz, vt matrimonium contra id contractum, si aliàs legitimum fuerit, rescindatur, c. 1. & c. 2. extr. eod. Nisi impedimentum subesset perpetuū, tunc enim separaretur, nō tantūm ratione interdicti, quantum ratione impedimenti. Et sic intelligit c. tua, extr. de sponsal. duorum, & c. contradiimus, 35. q. 3. Nec obstat c. penul. extr. de sponsal. impub. Quia illa clausula irritum, & c. refertur ad ea, quæ in iudicio fiunt. Non ad matrimonium post contractum: ergo sine interdicto, tale matrimonium dissolui debet.

## QVI FILII SINT LEGITIMI.

### *Tiulus XVII.*

#### *Continuatio.*

**E**ffectus matrimonij est, legitimatio sobolis, siue ante, siue post matrimonium procreatæ. Nam si quis ex ea persona, quam sola animi destinatione concubinam habebat, vel cum qua matrimonium consistere potest, liberos sustulerit, matrimonium postea secutum, liberis naturalibus tantūm legitimationem auferet.

#### *Quid est Legitimatio?*

Legitimatio est, actus legitimus, quo is, qui extra licitas nuptias ex concubitu duarum personarum solutarum, inter quas legitimum matrimonium consistere potest, procreatus est beneficium